



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Auarus co[m]paratur hydropico in trib[us].

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Itidem dicebat, si consideremus fratres carissimi quæ & quanta nobis promittuntur in cælis, uilescit animo, omnia quæ habentur in terris. Quintum est consideratio utilitatis, & infidelitatis diuitiarum terrenarum. Viles enim sunt diuitiæ, quia non possunt adiuuare hominē in die mortis neq; in die iudicij. Vnde dicebat Sophonias.

Soph. I. de dicebat Sophonias. Argentum eorum & aurum eorum non poterit liberare eos in die ire Domini, &c. Infideles sunt quia non sequuntur hominem, quemadmodū dicit Iob.

Iob. 27. Diues cum dormierit, nihil secum aufert. Dauid etiam dicit. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenierunt.

Psa. 75.

Auarus comparatur hydropico in tribus.

Primo. In inflatione, id est in superbia, quæ procedit ex diuitijs. Vnde Augustinus ait.

Auguf. Vermis diuitem superbia est. Secundo in fetido anhelitu, id est, in corrupto consilio quod dant familiaribus suis. Tertio in siti insatiabili, scilicet tribus de causis. Prima est, quia auarus bona, quæ acquirit

aliquid uacui secum habet aufert-
 que, sicut enim homo habet aliquē
 defectum, sic & aliq̄ creaturæ. Vn-
 de cum auro & argento uenit defe-
 ctus scrinei. Vina habent defectū
 cellarij, & uasorū, & sic de ceteris.
 Vnde Ecclesiastic. dicebat. Vbi mul-
 tæ sunt opes, ibi sunt multi qui co-
 medunt. Secunda, quia pecunia est
 res corporalis, anima uerò spiri-
 tualis, & spiritualis res, corporali
 implere non potest. Vnde dicebat
 Pater Augustinus. Fecisti nos Domi-
 ne ad te, & inquietū est cor nostrū,
 donec requiescat in te. Tertia est,
 quia cupiditas est quasi ignis, sicut
 legitur in Ecclesiast. Anima calida
 quasi ignis ardens. Et in Prouerbijs
 dicit. Ignis nunquam dicit sufficit;
 Ignis uerò nunquam extinguitur
 ex appositione lignorum siccorum,
 sed augetur. Sic nec cupiditas ex-
 tinguitur ex oppositione diuitiarū
 sed augetur. Vnde illud; Crescit
 amor, nūmi, quantum ipsa pecunia
 crescit. Et Augustinus. Quæ est
 ista auuiditas concupiscentiæ, cum
 ipsæ belluæ habeant modum? Tunc
 enim rapiunt tum esuriunt, parcent
 uero prædæ, cum senserint facietate-
 tem, sola uero auaritia diuitum sem-
 per rapit, & nunquam satiat.

Ecc. 5.

August.

Ecc. 24

Pro. 30.

August.